



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XVIII. An Cæsar poßit revocare Preces semel concessas

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

DECIMO SEPTIMO quæritur, an Cæsar Primarias Preces alicui concessas possit revocare; distinguo, aut jus est quæsitum Precistæ, & non potest, quia licet Princeps possit revocare sine causa suum privilegium, *Fely. in cap. qua in Ecclesiarum nu. 55. versic. secundo confirmatur, de consuet.* tamen quando Princeps alicui benemerito donat vel concedit (ut facit Precistis) non debet facultas hujusmodi seu donatio auferri sine causa ab ipso, *text. in L. Aquilius, & in L. si pater in si. ff. de donat. Baldus in L. que ex relationibus 3. nu. 1. C. de leg. Alex. cons. 10. visis nu. 1. lib. 2. Afflic. decis. 128. nu. 10. Curt. in cons. 174. in causa vertente nu. 24. Dec. cons. 286. In causa communitatis col. 3. nu. 7.* Aut jus non est quæsitum Precistæ, sed tantum nomen eius in albo seu Rotulo Cæsaris descriptum est, & tum haud dubium, quin Cæsar possit revocare. Neque enim per Inscriptionem in Rotulo ius aliquod in re, seu ad rem acquiritur, sed est tantum nuda annotatio ad Principis memoriam, non ex tempore inscriptionis iuris alicuius concessio, ideoque sic inscripti, & nominati expectantes dicuntur, non provisi, *cap. ult. de concess. preb. sed in suspenso harentes quorum ius non est irrevocabile, sed conditionale, VVames. cons. 263. nu. 2. & 4. qua de re adhuc supra egi. versic. Tertio quæritur.*

*Quæritur per Imperium Preces conceduntur:*

*Quid si collator non sit incola Germaniæ & Beneficia aut in Germaniâ, an illa Preces ad collationem Abbatis certæ loci, qui ante vacationem alicuius beneficii*

b PER SACRVM ROMANVM IMPERIVM ) Imperatori Preces tantum conceduntur per Imperium, quia per illud superioritatem habet, non autem in aliis regnis, aut terræ dominiis; *Navarrus in Rub. de iudic. nota. 3. nu. 156. ubi reprobatur illud Imperatoris Antonini: Ego Dominus mundi, de quo in l. de precatio, 9 ff. ad l. Rhod. de iactu.* Dubitari interim potest si Collator seu Collatoris, utpotè Abbas vel Episcopus, aut Abbatissa non sit incola Germaniæ, seu Imperii, & habeat quatuor beneficia in Imperio, ut hic postea statuitur, an gravari precibus possit? Pro affirmativa facit quòd S. Pontifex gravet indistinctè Ordinarios habentes collationem quatuor beneficiorum per S. Rom. Imperium constitutorum, & sic non tam respexit Pontifex domicilium Collatoris, quam locum, ubi beneficia constituta sunt, quòd & in Nominacionibus Universitatum obtinere scribit *Rebuff. tract. nominat. quest. 15. nu. 56. & idèd, inquit, non curo, ubi sit Collator, dummodo beneficia in regno sita sint, tendant ergo retia sua nominati, id est, nominationes suas etiam extra regnum tamen modò beneficia in regno sita sint. Quo exemplo dici potest, delegatum à latere in Germania existentem posse conferre beneficia sita in Germania etiam si collatores essent in Francia, aut Hispania, non enim attenditur persona Prælati ad quem spectat collatio beneficii, sed locus, ubi situm est beneficium, *Mohedanus decis. 3. de prebend. ubi fuit resolutum beneficium consistens extra Franciam cadere sub concordatis Franciæ, quando collator est Abbas unius Monasterij de Francia, Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloss. 10. nu. 30.* Hinc fit ut si quis impetraverit à Cæsare gratiam expectativam, seu Preces ad collationem Abbatis certæ loci, qui ante vacationem alicuius beneficii*